



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Centvriæ Selectorvm Casvum Conscientiæ. I. II. III.tia

Burghaber, Adam

Fribvrgi Brisgoiæ, 1665

1. Ægidivs ita se inebriat, vt phantasia nonnihil turbetur, vomitus sequatur, &c. quia tamen inter bonum & malum discernere adhuc potest, non peccat mortaliter.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40942

CENTVRIA I.

SELECTORVM
CASVVM CONSCIENTIÆ.

CASVS I.



Ægidius ab amico inuitatur ad mensam, vbi vinum liberalius haustum ipsi visum obsuscatur, linguam vincit, pedes infirmat, caput gyrat, memoriã sepelit, mentem in iocos aliaque insolita soluit, & omnia ita perturbat, vt tantum aduertentia aliqua inter bonum & malum, turpe & honestum permaneat. Quaritur. Verum peccauerit mortaliter?

Videtur sic peccasse, quia talis passim ab omnibus ebrius habetur; ebrietatem autem ex suo genere esse peccatum mortale, communis est Theologorum sententia.

Resp. *Ægidium non commisisse peccatũ mortale ebrietatis. Ita Caiet. Syluest. Valent. Less. Laym. L. 3. s. 4. n. 5. Dicastillo de Iust. L. 1. D. 3. n. 142. Palao de Iust. Tr. 1. D. 3. p. 5. n. 3. & alij. Ratio est, quia ebrietas, quæ sit peccatum mortale, ex communi Theologorum est violenta rationis interceptio per nimium potum voluptatis causã haustum. Atqui si adhuc*

adhuc adest aduertentia rationis inter bonum & malum, inter turpe & honestum, non est perfecta interceptio rationis; esto oculis duplicata omnia appareant, lingua titubet, pedes vacillent, caput in gyrum agatur, vomitus sequatur, phantasia sit nonnihil turbata, memoria labatur. Ergo, &c.

Ad rationem in oppositum dicimus, Ægidium prudenti iudicio non posse censi Theologicè ebrium ob causam dictam, licet imperfectam aliquam ebrietatis rationem participet, & vulgò denominationem ebrij habeat, idèdque peccatum veniale ex gravioribus committat.

II. *Agricola mercede conducit Vitalem famulum, ei que curam rei domesticæ commendat, in qua ex levi eiusdem culpa, seu diligentia omissione damnum contingit fractione pretiosi vitri, cuius damni reparationem Agricola à Vitale exigit. Queritur. Vtrum Vitalis reparare damnum illud ex fracto vitro teneatur?*

Videtur teneri. Ita Salonius, Arragon, & alij, quos citat & sequitur Bonac. D. 3. de Contract. q. 1. pun 6. n. 14. quia inter dominum & servum mercede conductum intercedit contractus in vtriusque vtilitatem; in tali autem contractu dari obligationem iuxta leges civiles ad reparationem damni ex culpâ etiam levi iuridicâ, docent Molin, de Iust. Disp. 295. & communit. alij DD.

Resp.